Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 664071-0
Fax: +43(732) 664071-344

quomodo sibi cosuleret ne periret et tamen timebat
Tu autem Lectio secunda D icebant enim
quid facimus quia hic homo multa signa facit
si dimittimus eum sic omnes credent in eum et ue
nient Romani et tollent nostrum locum et gen
tem. Tu autem domine Lectio tercia T emporalia
perdere timuerunt et uitam eternam sibi perdere non cogi
tauerunt ac si utrumque perdiderunt nam romani
post domini passionem et glorificacionem tulerunt eis
quando tytus et vespasianus Romani uenientes
deuastauerunt omnia multosque et innumera
biles gladio punierunt Tu autem domine Euangelium
antiphona A ppropinquabat autem dies festus iudeorum et que
rebant principes sacerdotum quomodo ihesum interficerent sed
timebant plebem Collecta C ordibus nostris domine be
nignus infunde ut peccata nostra castigacione uolunta
ria cohibentes temporaliter potius maceremur quam sup
pliciis deputemur eternis P Super populum Collecta
C oncede quesumus omnipotens deus ut qui protectio
nis tue graciam querimus liberati a malis omnibus
secura tibi mente seruiamus P Ad terciam Collecta
P opulum tuum domine quesumus ad te toto corde
conuerte quia quos defendis etiam delinquentes
maiori pietate tueris sincera mente deuotos
P Ad sextam Collecta A scendant ad te domine sup
plicum preces ut qui diu pro nostris offensionibus
castigati sumus misericordie tue ueniam sentia
mus P Ad nonam Collecta R espice in nos om
nipotens deus et preces nostras miseratus exaudi
P Ad uesperas R V squequo exaltabitur Euangelium antiphona
P rincipes sacerdotum consilium fecerunt ut ihesum occiderent
dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret
in populo Collecta et super populum ut supra Sabbato lectio prima
E t dixit dominus ad me in diebus iosie regis
Numquid uidisti que fecerit aduersatrix
israel Abyt sibimet super omnem montem
excelsum et sub omne lignum frondosum et forni
cata est ibi Et dixit cum fecisset hec omnia ad
me reuertere et non est reuersa hec dicit Lectio
secunda E t uidit preuaricatrix soror eius iuda